Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ea que volebat manifeste dicere. sed in ambiguitate. Hii quidem propter impiabilitatem. alii vero propter amorem principatus. Sequitur. Et scisma erat inter eos. Hoc scisma primo incepit in populo. deinde in principibus. Aug. Dies enim erat Christus qui inter lucem et tenebras dividit. Criso. Volentes autem qui dixerant homo peccator non potest talia signa facere. ora aliorum obstruere. eum qui susceperat virtutis experientiam in medium ducunt. ut non videantur ipsi advocatione uti. Unde sequitur. Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de illo qui aperuit tibi oculos. Theoph. Vide quo teniore quesierunt. Non enim dixerunt. Tu quid dicis de eo qui sabbatum non observat. sed miraculum commemorant. quod aperuit tibi oculos pene ipsum sanatum excitantes. quasi dicerent. Quia beneficiatus es. unde debes eum predicare. Aug. Ut querebant quomodo hominem calumniarentur. ut eum de sinagoga eicerent. Sed ille constanter quod sentiebat expressit. Unde sequitur. Ille autem dixit quia propheta est. Adhuc quidem inunctus in corde. nondum dei filium confitebatur. Nec mentitus tamen. Ipse enim dominus de seipso ait. Non est propheta sine honore nisi in patria sua.

Non crediderunt ergo de illo quod cecus fuisset et vidisset. donec vocaverunt parentes eius qui viderant. Et interrogaverunt eos dicentes. Hic est filius vester quem dicitis quia natus est cecus. Quomodo nunc videt. Responderunt ergo eis parentes eius et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster et quia cecus natus est. Quomodo autem nunc videat nescimus. aut quis eius aperuit oculos

Quia pharisei cecum ante fuisse facere non valuerunt. sed videbant eum cum omni constantia verum factorem suum predicantem. per parentes putabant adnichilare miraculum. Unde dicitur. Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset et vidisset. donec vocaverunt parentes eius qui viderant. Aug. id est cecus erat et videbat. Criso. Sed hoc est veritatis natura. per que

putatur insidias pati. per hoc fortior fit. Mendacium enim sibi ipsi quidem obviat. et per ea que pro ledere veritatem videntur. per ea clariorem eam ostendit. quod et nunc factum est. Ne enim aliquis diceret quod vicini nichil certum dixerunt. sed per quandam assimilationem loqui sunt. parentes in medium inducuntur. qui maxime suum filium cognoscebant. Statuentes autem eos in medium. cum multo furore interrogant. Unde sequitur. Et interrogaverunt eos dicentes. Hic est filius vester. Et non dicunt. Qui quondam fuit cecus. sed quem dicitis quia natus est cecus. O iniqui quis pater eligeret talia mentiri de filio. Solum non dicunt. quem vos fecistis cecum. Duobus autem hunc ad negationem eos inducere conantur. et in hoc quod dicunt. Quem dicitis quia natus est cecus. et in hoc quod subdunt. Quomodo ergo nunc videt. Theoph. Quasi dicerent. aut hoc fictum est quod nunc videat. aut primum quod cecus fuit. Sed constat hoc esse eum qui videt.